

Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 56. Nec parvulis, nec adultis sacratissimi Eucharistiæ Sacramenti
perceptio, in re, necessaria est necessitate medii, nec parvulis in voto. An
adultis necessaria sit in voto, necessitate medii, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

- devotione Communionem frequentare amans, jejuniū legem servare, horamque ad id opportu-
nam eingere debet.
- 723 Sed potestne Sacerdos, non jejunus, celebrare, ad dandum alteri Viaticum in periculo mortis, si aliter dari nequeat? Doctores communiter negant. Quia major habenda est ratio reverentiae & dignitatis tanti Sacramenti, quam necessitatibus proximi. Sed haec ratio nihil probat, quia nimium probat: infirmum scilicet non jejunum magis consulere debere dignitatem & reverentiam Sacramenti, quam propriam necessitatibus. Cujus oppositum cùm sit verum, & Sacraenta in hominum utilitatem instituta sint, nec irreverentia Sacramento magis fiat in eis Sacerdotibus celebrantibus in illa extremitate, quam in eis infirmi communicantis soluto jejuniū, videtur mihi probabiliter dici posse cum M.ore, Zambrano, Zanardo, Philiarco, Heredia, Granado, Hurtado & aliis, quod sic Sacerdos non jejunus in tali celebrare posset pro necessitate propria (ut concedunt Cardinalis de Lugo, Palao, Layman, noster Franciscus à Jefu Maria, &c.) ita & pro pari necessitate proximi. Ut pote quem diligere jubemus sicut nosipos, ipse proinde sicut nobis iucurrere. Neque hinc confequentur eti Sacerdotem ad dandum alteri Viaticum celebrare posse sine vestibus sacris, vel in pane fermentato. Cum hoc ipi Doctores non permittant ad Viaticum fibitmetiū ministrandum, & a diversis non valeat illatum.
- 724 Secundus casus est, dum post confecrationem Sacerdos recordatur se non esse jejunum, aut sumpto calice advertit se aquam vel acetum confecrare (quam dum lenitus in ore, expuere non debet, ne particulam Dominici corporis simul expiuat, sed audacter sumere potest) quia sacrificii perfecatio majoris necessitatis est, quam jejuniū obliterantia. Si tamen ante confecrationem adverteat se non esse jejunum, pergere non debet, sed ab altari recedat, si possit absque nota & scandalio, monendo adstantes sibi demum occurrere memoriam soluti jejuniū, idēque rogare ut non scandalizentur, si ad obedientiam legi jejuniū ab altari recedat. Ita Doctores communiter contra Gobat tr. 3. casu 23. n. 424. aientur, quod quando Sacerdos incepito iam Sacro, recordatur se non esse jejunum, pergere communiter possit in suo Sacro. Partim quia communiter recedere nequit sine magno suo pudore, & infamia. Partim quia indecorum Sacrum abrumptur, v. g. post Offertorium.
- 725 Sed rationes istae leviuscula sunt. Neque enim verum est, magnam sibi infamiam accersere si recedat, monito populo, ut dixi. Nec indecorum, sed maximè decorum est recedere, in reverentiam Sacramenti, obedientiamque antiquissimi religiosissimum præcepit. Utinam leviusculi ejusmodi de caulis Gobat non infrequentiter recederet a tutioribus & communiter receptis fentientibus!
- 726 Recepta eiam intentio est, quod si Sacerdos, post calicis ablutionem, inveniat aliquas Domini corporis vel sanguinis reliquias, eas consummre possit, velut Communionem suam consummando. Sic enim habet communis timoratorum Sacerdotum praxis. Idque adeo extendunt Granadas & ali (apud Dianam p. 5. tr. 14. refol. 45.) ut id ipsum permittant Sacerdoti ad Eucharistiam regrefeo, si veiles sacras nondum exerit. Quod tamen non puto verum, nisi reliquias illas decennias servari non possint.
- 727 Tertius casus est, dum Sacerdos, qui confecravit, ante Communionem deficit, nec adest nisi Sacerdos non jejunus, qui sacrificium perficere possit. Doctores communiter. Quia sacrificium perfectio, est de jure divino.
- 728 Quartus casus est, dum probabiliter timetur,

sacrificissimam Eucharistiam in sacrilegas infidelium manus perventuram, & ab ipsis ludibrio habendam, nisi statim absolumatur. Tunc enim à Sacerdote, & (si hic non adit) à Clerico vel Laico, quamvis non jejuno, cum timore & reverentia sumi debet, ut Doctores communiter tradunt, ex rationabili epicea & interpretatione mentis Ecclesiæ, quæ non vult legem jejuniū (latam in reverentiam Sacramenti) locum habere, dum servari nequit sine periculo conculationis & ludificationis ipsius.

Hactenus de dispositionibus ad divinissimum Eucharistiam suscipiendam requisitus, foscauscere quidem egimus; sed de dilecto, & preparacione ad tantum hospitem numquam latis. De ea paucissimus Author Thomas à Kempis l. 4. de Imit. Christi c. 1. Ecce (ait) Nō vir iustus in arce fabrica 100. annos laboravit; & ego quomodo me potero unā horā pre, arare, ut mundi fabricatorem cum reverentia sumam? Si vir iustus & sanctus fit loquitor; quomodo peccator, quomodo Sacerdos non & lapsus in enorme peccatum, tam cīd se ut oportet preparare poterit, ut paucis post horis ad altare litturam accedere possit? Non credebat hoc S. Philippus Neri, dum negabat cum rīe se preparare, qui non nisi mediā horā se ad sacrificandum præpararet; aliena preparacionem illam esse debere continuam ex parte vitæ sacerdotialis. Quod maximè verum est de Sacerdotibus illis, qui five ex Ordinis statuo, five ex beneficio, five alio titulo tenentur ad quotidie vel tæpissime celebrandum.

C A P U T L V I .

Nec parvulus, nec adulteriū sacratissimi Eucharistia Sacramenti perceptio, in re, necessaria est necessitate mediū, nec parvulissim voio. An adulteriū necessaria si in voto, necessaria mediū, ad hoc ut accipiam gratiam conservent, in eaque contra tentationes perseverent? incertum. Saltē ipsiū necessaria est necessitate percepti avimi, si sufficiens ad hoc ratione utantur.

Non esse necessariam parvulim nec in re, nec in voto, constat ex sensu & praxi Ecclesiæ, parvulim Eucharistiam subtrahentis. Confer item ex Tridentino fest. 21. c. 4. Eadem S. Synodus docet parvulos, usū rationis carentes, nullā obligati necessitate ad sacramentalem Eucharistie Communionem. Siquidem per Baptismi Sacramentum regenerati, & Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa etate amittere non possunt.

Nec adulteriū necessariam esse in re, nec in voto, necessitate mediū, ad primam gratiam comparandam, perspicuum est, ex eo quod hoc Sacramentum ad primam gratiam conferendum per se institutum non sit, cum sit Sacramentum vivorum.

Inde probabiliter Doctores communiter inferunt, nec ipsis necessariam, ne quidem in voto, ad hoc ut gratiam acceptam conservent, in eaque perseverent. Quia, ut S. Thomas ait in 4. dist. 9. a. 1. ad 2. q. gratia semel acquista est sufficiens causa glorie. Unde omne illud, sine quo potest haberis gratia, non est de necessitate salutis; hoc autem Sacramentum gratiam presupponit: quia presupponit Baptismum, in quo gratia datur. Et ideo quantum est de se, non est de necessitate salutis.

Huic tamen ratione obstat videatur, quod adulterio, in infancia gratiam per Baptismum adepti, fides actualis equidem necessaria sit necessitate mediū ad salutem, sicut & amor Dei. Et idem à nonnullis

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

179

- nullis probabiliter assurter de voto hujus Sacra-
menti. Quia ad salutem non minus necessarium
est perseverare in gratia, quam eam primam ac-
quirere, vel perditam recuperare. Per Baptismum,
primam gratiam adipiscimur. Per Poenitentiam,
gratiam amissam recuperamus. Per Eucharistiam
fit ut in ea perseveremus. Neque quod hoc ea-
dem adulorum ratio est, qua parvolorum. Hi
gratiam adepti in ea etate amittere nequeunt.
Et ideo non egent illo spirituali cibo, ut adulti,
qui (upto variis tentationibus exagitati, atque
ex se semper deficientes) caelesti hoc alimento
confortandi sunt, ne deficientes vitam amittant,
quam acceptant, saltem si diu vivant post Baptis-
mum, adeptum rationis usum. Neque enim
frustra Veritas dixit: *Nisi manducaveritis carnem
Fili Homini, & bibetis ejus sanguinem, non ha-
bebitis vitam in vobis.*
- 734 At inquis iste locus nimirum probat: vide-
lacet Eucharistiam etiam parvulis esse necessariam
necessitate medi. Quia co loco etiam parvuli com-
prehenduntur, prout Innocentius I. tradere vide-
tur epist. 93. inter epistolam Augustini, sicut &
Augustinus ipse l. 1. de peccat. merit. c. 20. Et l.
3. c. 4. Quorundam verba habes supra n. 389. Id-
ipsum Gelasius Papa declarat in epistola ad Epis-
copos Picen.

At (inquam ego) Ecclesia aliter de adultis in-
teligit, quam de parvulis. Innocentius vero, Au-
gustinus, & Gelasius locum illum ad parvulos non
extendunt, intellectum de sacramentali mandu-
catione Eucharistie, sed intellectum de spirituali
manducazione per fidem, seu fidei Sacramentum,
id est Baptismum, prout ostendimus n. 390. per
fidem namque, vel fidei Sacramentum, licet par-
vuli sacramentaliter non percipiunt Christum, spi-
ritualiter ipsum percipiunt, quia incorporantur
Christo, & Ecclesie, qua est corpus mysticum
Christi, sive percipiunt rem Sacramenti Eucha-
ristie, licet Eucharistie Sacramentum non perci-
piant. Videri potest S. Fulgentius epist. ad Fer-
randum Diaconum, ubi sic: *Arbitror, sicut Fra-
ser, disputationem nostram preclarri Doctoris Au-
gustini sermonem firmatam, nec enigmata esse ali-
quatenus ambigendum, tam unumquemque fide-
lium corporis sanguinisque Domini particeps
fieri, quando in baptismate membrum corporis Christi
efficitur, nec alienari ab illo panis calicisque
conjunctio, etiamque panico illum concusat,*
& calicem bibat, de hoc scalo in unitate corpo-
ris Christi constitutus dicas. *Sacramenti quis-
pe illius participatione ac beneficio non privat, &
quando ipse hoc quod illud Sacramentum significat
invenitur.*

735 Simili modo S. Thomas in 4. d. 9. a. 5. ad
3. q. exponit id quod can. in Ecclesia de Con-
cilio. diff. 4. dicit: *Non cogitatis eis vitam ba-
boe posse, qui facient expertes corporis & sanguini
Christi, dicenta ipso: "nisi manducaveritis,*
*&c." Dicendum (inquit) quod hoc intelligendum
est, quantum ad rem Sacramenti, que est unitas
Ecclesie, extra quam non est salus, neque vita.
Est non quantum ad sacramentalis manduca-
tione.*

736 An locus Evangelicus, *nisi manducaveritis*,
&c. intellectus de necessitate medi, possit simili-
modo exponi pro adultis? Respondeo cum com-
muni probable esse quod sic. Tum quia alia Ecclesie
omnino procuraret, ne parvuli post ade-
ptum rationis usum, sine hujus Sacramenti parti-
cipatione decederent. Cum tamen Paftores ante
decem circa annos non ideo id procurent. Tum
quia Marci ult. dicitur: *Qui crediderit, & bap-
tizatus fuerit, salvis erit.* Quia tamen subintelli-
gitur conditio, modo cetera necessaria non pra-
termittantur, ut amor Dei, mandatorum obser-
vantia, &c. nihil inde efficaciter concluditur con-
tra opinionem n. 733. expositam.

Quidquid ergo sit de ista opinione, certum est 737

sacramentole Eucharistie perceptionem adultis
sufficientem ad hoc ratione utentibus in re necessa-
riam esse necessitate precepti divini. Quia verbis
illa, *nisi manducaveritis, &c.* propriè ad litteram
intellecta, manifestè significant necessitatem,
ratione divini precepti.

Quo quidem precepto omnes tenentur adulti, 738
etiam non baptizati, iusta sententiam communio-
rem; eum prouinde in finem baptismum suscipere
tenentur. Cui enim precipit finis, precipiuntur
& media necessaria ad finem.

Ex universali tamen Ecclesie sensu & consue-
tudine certum est, adultos co precepto non cen-
seri adfractos, quamdui propter etatis imbecillita-
tem nondum illius Sacramenti cognitionem &
gustum (id est devotionem) habent. Ideo namque
ante illud tempus Rituale Romanum ait, Eucha-
ristiam non debere ipsi administrari. Pastorale etiam
Mechlinense & Cameracense aiunt ipsos ad
primum Communionem admittendos non esse,
nisi prius diligenter examinati fuerint & instructi,
*eaque discretione & etate sint, ut iudicare pos-
sint corpus Domini.* Mechlinense sub Hovio ad-
dit, quod communiter etas hisce rei apta esse solet
ab anno decimo, usque ad decimum quartum. Denique
que S. Thomas in 4. d. 9. a. 5. ad 4. q. dicit, quod
circa etatem 10. vel 11. annorum potest eis dari
Communionem, *si in eis signa discretions appearant*
& devotionis. Hoc autem nemo melius confidere
poterit, quam pater, & Sacerdos cui confitetur,
ait Catechismus Romanus.

Divinum istud preceptum solum in articulo 740
mortis obligare, non extra illum, docet Vasquez.
Cajetanus, Victoria, & alii, similiter dumtaxat in
vita, abque determinatione temporis. Sed cum
divina Eucharistia instituta sit per modum alimo-
nia spiritualis, & antidoti contra ejus inimicos:
neutra itarum opinionum videtur esse vera. Quia
almonia spiritualis (sicut & corporalis) etiam ante
mortem sapientis in vita sumenda est, ad animas
vires reficiendas, & munimentum seu anidotum
ipius contra inimicos, à quibus incessanter impugnatur.

Obligat ergo in articulo mortis (sub eo com-
prehendente damnationem ad mortem) cum hoc
Sacramentum institutum sit in viaticum salutis, &
(ut ante dixi) in antidotum contra ejus inimicos tunc
principue insultantes. Unde Pius V. abrogavit
confutandem in Hispania negandi Eucharistiam
damnatis ad mortem. Sub mortis articulo etiam
comprehenditur illius periculum, v. g. dum mili-
tes inituri sunt præsumi, dum quis exponit se ad
pestem, dum mulier habere solet partus pericu-
losos, &c.

Obligat & in vita, ut non diu differatur. Cujus 741
determinationem Ecclesie Deus reliquit. Quia
proinde cum determinet tempus ultra quod differ-
ti non debet, preceptum mere Ecclesiasticum non
condit, sed divinum determinativum.

Pueri quidem non consentur prævaricatores hu-
ius precepti, five in vita, five in morte, si in
hoc negotio sequantur judicium Confessarii, vel
Pastoris sui. Sed meminerit, five Pastor, five
Confessarius, in articulo mortis curare ut sine Via-
tico non decadant, si aliquam illius discretionem
habent, tamet non tantam, quanta merito de-
sideraretur, si tempus permitteret. Hoc enim po-
sito omnes Confessio[n]es capaces in extremis Via-
tico esse necessarii munendos, docent Suarez,
Palao, & alii, quorum sententiam, utpote magis
piam, centeo practicandam, maximè dum puer
cum aliqua devotione petat, vel desiderat.

Sed quid si mandat adultus quispiam sanus com- 742

Z

Liber Quartus.

178

municasset, vel celebrasset, & vespere in periculum mortis incidet, possetne & deberet Vaticum comedere ipsi dari?

Negant Wiggers, & Doctores communiter. Quia non licet eodem die bis communicare, sine necessitate, qua hic nulla est. Quia per matutinam Communionem satisfecisse censetur praepcepto Vatici sumendi. Cum unusquisque censetur interpretativè habere voluntatem adimplendi omnem obligationem, cui obnoxius est.

745 Affirmant nihilominus probabiliter Vazquez, Turrianus, Gaspar Hurtadus, & alii apud Diana p. 5. tr. 3. refol. 33. & p. 8. tr. 2. refol. 87. Et priore quidem loco Diana censet posse & debere ipsi Vaticum dari. In posteriore negat deberre, siens tamen posse. Sed inconvenienter. Si enim potest, debet. Cum non licet ipsi bis undie communicare, nisi secundam Communionem exigat adimpliatio praepcepti divini.

746 Hanc opinionem idem probabilem censeo, quia ex una parte facit pietati; ex altera pro se probabilem habet rationem, sicut & proxim nonnullorum timoratorum. Teste namque Diana & alii, Patres Societatis domus professa Panormitanæ id practicarunt in persona P. Besconæ, qui cum manè celebrasset, & in lethalem morbum post prandium incidisset, iterum eodem die communicavit per modum Vatici. Idem factum in morbo letali R. P. Aquavivæ, Generalis Societatis, refert Amicus. Sed Gobat tr. 4. n. 177 ostendit ex litteris P. Nadafi, in Archivis Tabulariisque Romanis Soc. Jesu veritatis, Aquavivam non celebravit ultimo die vita, sed communicasse, non per modum Vatici. Postea vero (imminente morbo) per modum Vatici communicasse. An eodem die post medium noctem sequentem? Non convenienter (inquit Nadafi) qui id scriptum reliquerunt. Quidquid de eo sit, multos viros doctos, & prius id facere teletur Dicastilio tr. 4. de Euchar. disp. 10. dub. 3. Nec sine ratione, quia qui famus manè communicavit, non adimplevit praepceptum divinum sumendum Vaticum: cum praepceptum illud alligatum sit temporis, in quo est periculum mortis; cui per matutinam Communionem non satisficeretur ostenditur à simili, in praepcepto eliciendi actum amoris Dei super omnia in morte. Siquis enim manè famus illum eliceret, atque eodem die post prandium in mortis incidat articulum, amoris actum repetere tenetur.

747 Et hinc patet ad rationem in oppositum. Quia hic est necessitas secundæ Communionis, ex praepcepto divino, cui Ecclesia duplice eodem die Communionem vetando, non intendit præjudicare, sed se conformare, subintelligendo excepto casu, quo secundam Communionem lex exigit.

C A P U T L V I I .

Nec divino Communionis praepcepto, nec Ecclesiastico satifis per Communionem sacrilegam.

748 **D**ivino Communionis praepcepto sacrilegæ Communione quoad substantiam satisficeri plerique afferunt. (inquit eruditissimus Boudartius to. 4.) eo praetextu quod substantia praepcepti habeatur in sacramentali mandatione, ritu religioso facta; non in modo illius, nec in fine qui est adeptio gratiæ. Cum modus aut finis praepcepti non cadat sub praepcepto.

749 Addunt, divinum Communionis praepceptum esse virtualiter duplex, quorum unum est negativum, de non communicando indignè, alterum positivum, de communicando. Priori quidem censetur non satisficeri Communionem indignè: fucus

posteriori, ut colligitur ex eo quod infirmus, qui heri sacrificè Vaticum sumpsit, non tenetur hodie iterato Vaticum sumere, ut divino satisfaciat praepcepto.

Sic utique ratiocinantur, qui de divinis, Eccl. 750 cleiaisticisque praepceptis ratione purè humana ratiocinantur, cavillique potius quam veris rationibus Theologicis & authoritatibus innituntur. Neque enim illa talis qualis ratio ipsorum, tam est ratio, quam cavillatio. Si enim Patres, si Concilia consenserint, invenient in Tridentino scilicet. 13. c. 2. *Sum autem voluit (Salvator) hic Sacramentum tanquam spiritualem animarum cibam, quo alantur & confortantur, viventes vitâ illius, qui dixit: qui manducat me, & ipse vivet propter me.* Atqui animæ non aluntur, neque confortantur Communione sacrilegæ, magis quam corpora cibo venenato. Sic ergo praepcepto cibo sumendo ad conservandam vitam corporalem, non satisficit sumptio cibi venenati, seu veneno infecti; sic praepcepto de spirituali cibo animæ, sumendo ad ipsum alendam & confortandam, non satisficit sumptio sacrilegæ. Modus proinde dignè sumendi spirituali cibo sumendum sub divina haud dubie cadit praepcepto. Imò & sub Ecclesiastico. Neque enim id Ecclesia tacuit, dum in cap. *omnis utriusque sexus fidelibus omnibus præcepit, reverenter suscipere Eucharistia Sacramentum, ad minus in Pascha.* Cui certissimum est non satisfacere suscipientem illud sacrificè. Cum Innocentius XI. damnaverit hanc propositionem quinquagesimam quintam inter 65. *Præcepto Communionis annualis satifis per sacrificium Domini mandationem.* Et cui dubium est jure divino & naturali *sane etiam scandere, adeoque dignè tractanda?*

Fallum proinde est, divino praepcepto di Vatico 751 sumendo satisficeri, qui communicavit indignè. Fallum, ipsum non teneri de novo Vaticum sumere, etiam eodem die, in eodem die credatur moriturus, nec speraret alio die sumpturus, & eodem die sumere possit absque scandalio. Neo pluribus impugnanda est assertio Christianis Theologici indigna. Contra quam nihilominus plura dixi to. 2. ubi de legibus.

C A P U T L V I I I .

Satisfit nonnullis questionibus concernentibus praepceptum Concilii Lateranensis, cap. omnis utriusque sexus, statuente, ut omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, suscipiat reverenter, ad minus in Pascha, Eucharistia Sacramentum: nisi forte, de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus, ab hujusmodi perceptione duxerit abstinentiam.

Prima quæstio: quid ibi intelligitur per Pascha? Respondeo, intelligi totam quindam a Dominica Palmiarum, ad Dominicam in Albis inclusivæ. Sic enim declaravit Eugenius IV. apud Navarrum c. 21. n. 45. Imò quibusdam in locis tempus illud ad totam quadragesimam extendit consuetudo. Cui standum est.

Secunda quæstio: ubinam praepceptum istud implendum est? Respondeo in propria Parochia, uti declaravit S. Congregatio anno 1638. Sacerdotes tamē seculares non tenentur in ea celebrare, ut illi praepcepto satisfaciant; sed ex confitudine satisfaciant, ubiquecumque celebrent.

Parochiæ vero nomine non venit Ecclesia cathedralis, respectu omnium qui in Diœcesi comorantur, sed respectu dumtaxat corum qui sunt